



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 10. Epistola Papæ ad Equites Borussiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](#)

Sæcūl. XIV. catione publice, quam Clerus & popu-
A. C. 1324. lus eodem d'e habet, & in qua illud
circumfertur, quia quodammodo per in-
stinctum divinum introducta videtur, in
præsenti nihil statuimus, pietati Cleri
& populi eam relinquentes.

Sup.lib.85.

§. 27.

Hic videmus originem solennissimæ
supplicationis eo die fieri solitæ; quam
ne verbo quidem tangunt litteræ de in-
stitutione festi. Per facrum fervorem
populorum illa est inducta in Eccle-
sias singulares, unde in omnes alias ex-
tenfa fuit. Non ita se habuit jejunium
in vigilia, quod tantummodo in quibus-
dam cœtibus religiosis confirmatum est.

§. X.

Epistola Papæ ad Equites Borussiæ.

Anno priore Papa Teutonicis Equitibus
Livoniæ ac Borussiæ scripserat in
Rayn. 1323. hanc sententiam. Lithuanorum Rex
n. 20. Gedeminus se Christianam religionem
amplecti cupere nobis per epistolas Le-
gatosque suos significavit, orans, ut si-
bi mitteremus viros, per quos ad acci-
piendum baptisma erudiretur. Ingenti
ejus preces gaudio excepimus, sperantes
hoc exemplum innumeros illis in locis
ethnicos secuturos: & statuimus eo mit-
tero

tere Bartholomæum Alectensem Epis- Sæcul. XIV.
copum, ac Bernardum Aniciensis dioe- A.C. 1324.
ceseos Abbatem de S. Theofredo, Do-
ctorem Juris Canonici, & in sacris litte-
ris versatissimum. Deinde Advocatus,
Consules, & Collegia urbis Rigæ no-
bis per litteras & oratores suos indica-
runt, vos & quosdam Præsules, ac Reli-
giosos, Optimatesque ac societates re-
gionis ab eodem Rege rogatos esse ut
sibi mitteretis homines, quibuscum de sta-
bili pace possit agere.

Postea cuncti Nobiles Livoniæ ac E-
stoniæ cum quibusdam vestrum conve-
nere die S. Laurentii anno priore, nem-
pe 10 Aug. 1322. In colloquio statu-
tum est, ut ad Regem legarentur viri cum
plena potestate faciendi omnia, quæ
Christianis expedirent. Hi Oratores cum
Rege Gedemino constituerunt pacis con-
ditiones, quas ex lingua Germanica in
Latinam versas nacti confirmavimus.
Itaque precamur, ac præcipimus, ut fi-
deliter eas observetis. Hæc est summa
epistolæ, quam Papa Teutonicos ad E-
quites dedit ultimo Augusti anno 1323.

Gedemini Lithuaniæ Regis vel po-
tius Ducis ad Papam litteræ continebant
graves querimonias de Teutonicis Equi-
tibus. Mindufum, inquietabat, seu Min-
dacum antecessorem meum, qui vive-
bat

Stanis Sa-
mic. p. 1098.
Rayn. 1324.
n. 43.

Sæcul. XIV.
A.C. 1324

¶. 53.

bat anno 1255. cum subjectis omnibus adjunctum Christo atroces Equitum injuriæ ac violentiæ ad superstitiones veteres reduxerant. Præterea de Equitibus ista jaſtabantur vituperia: Arcent Præcones Evangelii seu Religiosos, seu seculares permovendis ad fidem sanam ethnicis missos, ac per terras suas iter eis tutum reddere recusant. Novos Christianos, quos amore proseqnī deberent. ut sic augerent illorum numerum, intolerabili servitute premunt. Clericos ipfos usque ad necem exagitant: spoliāt, diruunt, vel incendunt templa: & Clerum tam male habitum ad injurias sibi condonandas per carcerem aut minas adigunt. Conspirarunt ad labefactandam in partibus illis Romanæ Ecclesiæ authoritatem, & Sacram Sedem adituros inhibent. Involant in jura Archiepiscopi ac Ecclesiæ Rigenis: expilant cives, claudunt portum, impediunt commercii libertatem. Denique sodales ab hoste in prælio sauciatos perimunt. Papa Equites, ut se corrigant, monet, atque censuras eis minitatur: aliud remedium his malis nullum adhibet. Dabat 10 Febr. an. 1324.

§. XI.